Fragmentarium

incrassatus impinguatus dilatatus Dereli
quit deum factorem suum et recessit a deo
salutari suo Provocaverunt eum
in diis alienis et in abhominationibus
ad iracundiam concitaverunt Immo
laverunt demoniis et non deo diis quos
ignorabant Novi recentes que vene
runt quos non coluerunt patres eorum
Deum qui te genuit dereliquisti et obli
tus es domini creatoris tui Vidit dominus
et ad iracundiam concitatus est quia
provocaverunt eum filii sui et filie Et
ait abscondam faciem meam ab eis
et considerabo novissima eorum Gene
ratio enim perversa est et infideles filii.
Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat
deus et irritaverunt in vanitatibus suis
Et ego provocabo eos in eo qui non est populus
et in gente stulta irritabo eos Ignis
succensus est in furore meo et ardebit
usque ad infernum novissima Devora

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1265, fol. [14]v – Psalter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ps5l/7275/58791)